Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXXIV.

urn:nbn:de:bsz:31-267058

Visual Library

# Cap. XXXIV.

De Marchionibus Hochbergensibus Lineæ Hochbergicæ, Ottone, Joanne, et Heſſone, Henrici V. filiis, et lineæ Suſenbergicæ, Ottone ac Rudolpho V. Henrici IV. filiis.

Henrici IV. liberos sic adnotatos in Ms.to fide digno reperi: Er hatte mit seiner gemahlin Anna von Uſenburg dreÿ Söhn nemmlich Otto, Hanß und Heſß. Marggraff Otto hat sich an. 1367. mit Graffen Egon, denselben wider die Stadt Freÿbürg zu helffen, verbünden, hernach Herzog Leopolden wider die Schweitzer geholffen, und ist mit demselben an. 1386. in der Schlacht vor Sempach umkommen. Hat keine männliche Leibs Erben verlaſſen. Marggraff Hanß und Heſß, seine brüder, haben nach seinem tod die Marggraffschaft Hochberg getheilt, und hat Marggraff Hanß die Vogteÿ über Endingen von Österreich Pfandtweiß ingehabt, aber nit lang hernach gelebt, sondern in fremden Landen und ledig gestorben. Marggraff Heſß, Marggraff Heinrichs von Rantzing Sohn regiert hernacher allein: hatte zweÿ weiber, die erste Agnes von Geroldseck, die andere

Margarethe, Graf Götzen von Tübingen tochter, von der er erzeugt zween söhn Otten, und Heinrich, und ein tochter namens Margarethen, welche Graf Friderichen zu Leiningen verheyrathet worden.

Otto iste, de quo hic agimus, duos quidem filios habuit, nam in Sereniis Hochbergensibus extare dicuntur litera de an. 1366. sic inscripta: Ein gemächtbrief zwischen Marggraf Otten von Hochberg und seinen zweyen Söhnen: ast his ipse supervixit: Filia ejus Emelina maritum accepit Joannem de Couci equitem auratum ac prædivitem Baronem.

De bello Friburgensi in Archivo asservari dicitur Einrichtung zwischen Marggraf Otten, und den von Usenberg, und den Stätten in Breis-gau, als sie Graf Egons von Freyburg helffer gewesen an. 1368.

Quod item cum Epo Argentinensi et ipse et frater jurgia habuerint, ex hoc documento constat: Sühnungsbrieff zwischen Bischoff Friderichen von Straßburg und Marggraf Otten und Marggraf Hessen an. 1385: qui tamen Epus anno sequente pacta violavit, et Ottone Marchione apud Sempachium occiso ): ut scribit Wimphelingius: )

fratribus ejus pagum Herbolzheimb abſtulit, eodem modo in multos alios injurius.

Monaſterij Tennebacenſis advocatiam Ottoni demandavit Carolus IV. Imp. an. 1372. quam et laudabiliter geſsit, ibiq; poſt fata ſepultus, cum hac inſcriptione ſepulcrali: An. Dn̄i MCCCLXXVI. VII. Idus Julij ob. Nobilis Dn̄us Otto Marchio de Hochberg.

Heſso poſt mortem fratris eodem an̄o cum Joanne altero fratre partitus eſt ditiones, quæ Ottonis fuerant. Biennio poſt ab Ottone de Stauffen emit oppidum et Caſtrum Sulzberg cum advocatia Monaſterij marcis argenti 500.

Idem an. 1400. argentifodinas prope Sulzbergam elocaſse legitur. Deceſsit an. 1409. 12. Maij. Uxor ei fuit Margaretha filia Cunradi Comitis Palatini de Tüwingen, ducta an. 1381. cum dote Arcis Herrenbergæ, ex ea filij Henricus VII. Heſso II. Otto III. de quibus infra.

Kunigunda, ſoror trium iſtorum Marchionum Hochbergenſium, Ottonis, Joannis, et Heſsonis nupſit Baroni a Gliers.

Suſenbergenſis lineæ Otto alter /: ſic dicere malo quam ſecundus, quia dubito, annon ætate anteceſserit Hochbergenſem illum patruelem ſuum :/

poſt patris Henrici mortem an. 1334. regenda ſuſcepit ſuperiora dominia, et cum eo Rudolphus frater, quoad vixit. Non nemo tertium his fratrem fuiſſe aſſerit Henricum, qui mature extinctus ſit. Sed de eo nihil invenio. Ottoni tribuunt Uxorem Elisabetham, filiam Imeri, Comitis de Strasberg aſt prole deſtitutam.

Rudolphus hujus nominis V. Catharinam duxit Walrami Comitis a Thierſtein filiam, quam poſt celebratas nuptias compertum eſt, illi in quarto gradu conſanguineam; ideoq; a Papa Clemente VI. diſpenſatio petita et obtenta eſt an. 1344. Ob. ille an. 1356. filium relinquens impuberem Rudolphum VI. cujus patruus Otto non ſolum fidelem curā geſſit, ſed etiam cum liberis ipſe careret, non exſpectata morte ſua poſſeſſiones omnes per donationem huic ſuo nepoti tranſcripſit an. 1371. quando deceſſerit Otto, nondum comperi.

Conjux Rudolphi Baſileae ſepulta hanc inſcriptionem habet ſepulchralem: Anno D. MCCCLXXXV. XII. Cal. Apr. ob. Nobilis Domina Catharina de Thierſtein. Ibidem parieti inſcripta haec leguntur:

D. O. M. S.

Illustriss. Heroina, Catharina Hilderici Comitis Thierſtein l. fil. Rudolphi Marchionis Hochbergensis

Landgravij Brisgoiæ, primi ex ea filia Roetelæ Domini conjugi, Rudolphi Matri, Wilhelmi Aviæ, Rudolphi proaviæ, Philippi /: in quo Stirps mascula desiit :/ abaviæ, multarum ejus seculi calamitatum Spectatrici, an. post exequias CCXII. virtutis ergo S. P. Q. Basiliensis templum instaurans ultimi temporis anno M. D. IIIC. M. H. L. P.

Item subjuncti versus germanici:

Diß schöne Wand, daß Land und Leuth
Vor gemeinen Leid und Verblichkeit
Auß Brand Sünd bewahren nicht
Das leben von mir, und Gestalt allzyt.
Von Thierstein ich ein Gräfin war
Gott mir zum Ehegemahl beschar
Marggraf Rudolff den fürsten mild
Der sich mit Basel löblich hielt
Dem ich ein jungen Herren gebahr
Der nachher auch Marggraf Rudolff war
Nach meines liebsten Herren Tod
Lebt ich allhier in Wittibs noth
Biß mich berufft mein Herr Christ,
Der unser aller Heiland ist.